

V N I V E R S A E *Wiedolphen*
N A T V R A E
T H E A T R V M.

N Q V O R E R V M O M N I V M
effectrices causa, & fines contemplantur, &
continnae series quinque libris
discutiuntur.

A V T O R E
I O A N . B O D I N O .




H A N O V I A E,
Typis Wecheliani apud Claudium Marnium,
& haeredes Ioann. Aubrii,
M. D C. V.

ILLVSTRISSI
MO IACOBO MICTÆ
MYOLANÆO DOMINO DE
CHEVRIERES, SAINCHAMOND, &c.
vtriusque Francorum ordinis equiti, Pro-
uinciae Velleiorum Rectori, Sacri consilii
Senatui, & Equestrium turma-
rum ductori.

IOAN. BODINVS S. D.



*Q*ua laudatarum ar-
tium, quæ à sordido qua-
estu remouentur, multa
sunt genera, nulla tamen
est ex omnibus, quæ vel
antiquitate clarior, vel
dignitate superior, vel
cognitione incundior sit. Nam cum ceteræ ar-
tes ac disciplina suos auctores quodammodo
cuius possint, quorum labore ac industria in-
uentæ ac perpolitæ fuerunt, naturalis tamen
scientia non alium habet, quam Deum ipsum



PROPOSITIO TOTIVS OPE- RIS.



*Um omnia præclare ac
sapienter supremus v-
niuersitatis parens, ac
moderator Deus fecit,
tum vero nihil maius
ac melius præstitisse vi-
detur, quam quod per-*

*mistas, & confusas materiae partes initio dis-
creuit, ac forma figuraque decenti suborna-
tas, suo quamque in ordine, ac propriis sedibus
collocavit. Nec vero quicquam ordine, aut ad
intuendum pulchrius, aut ad animi oblec-
tationem iucundius, aut ad usum commodius
esse potest. Ac propterea in rebus omnibus
ordinem conuenientem inquirimus, ut tan-
dem adipiscamur, & adepto fruamur: confu-
sione vero, ac perturbatione nihil aspectu sce-
dius, aut deformius esse iudicamus: & qui tra-
dendarum artium ordinem negligunt, aut*

A

NATVRÆ THEA-
TRVM, IOANNE BODI-
NO AVTORE.

LIBER I.


THEODORVS.



QVONIAM sic à doctri-
na imbutus ac suborna-
tus à natura mihi videris,
vt nemo libentius, ac fa-
cilis doceat, quæ infini-
to labore, ac vigiliis didi-
cerit quàm tu, & hanc
mihi libertatem dederis,

vt animi tui sensus intimos de rebus omnibus
exquirerem, placetne politicissimarū ciuitatum
morem laudatissimum sequamur?

MYSTAGOGVS. Inuidi certè, aut ingra-
ti animi esse duco, ea quibus abundet, quæque
sciat alteri profutura, ac potissimum si nihilo
pauperiorem se fore confidat, non libenter lar-
giatur. Scientiarum autem ea vis est ac natura.
vt quo plus doceas, & alteri de tuo largiare, co-
ditior ac doctior fias. Quod verò me mearum
ineptiarū valde liberalem esse iudicas, nihil mi-
rum: id enim prodigis omnibus contingit, qui
cum egentissimi sint, sua tamen locis omnibus
effundere consueuerunt: contrà quàm faciunt



ne Eclipticæ, cò magis ac diu-
 tiùs obscure-
 tur, vt figura
 planius intelli-
 gitur: in qua Sol
 fit in *a*. Luna
 verò in *k*. diame-
 trū vmbre ter-
 restris habet *f*.
g. vbi obscura-
 tur, maiorem
 quàm sit, *m*. *n*.
 cùm est in *l*. &
 Lunæ diameter
 maior apparet
 quò propius ad
 terram accedit.
 Ratio verò dia-
 metri vmbre
 terræ, cùm Sol
 est in auge ad
 semidiametrum
 visualem Lunæ
 ea est, quæ 13.
 ad 5. vt obser-
 uatum sæpius est. Hic etiam videre licet Solem
 cùm est in *b*. terris propiorem locum plus globi
 terrestris amplecti, quam cùm est in *a*. nam ex-
 tremitas vmbre *d*. est cùm Sol est in *b*. cùm ve-
 rò Sol in *a*. vmbra terræ porrigit vsque in *e*. &
 Luna in linea *f*. *k*. *g*. multò plus obscurabitur,
 quàm in linea *m*. *l*. *n*.